



# The Holy See

---

FRANCISCUS EPISCOPUS  
SERVUS SERVORUM DEI  
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

LITTERAE APOSTOLICAE SUB PLUMBO DATAE

*TEMPLUM S. ANGELAE MERICI  
FIT TITULUS CARDINALICIUSS PRESBYTERALIS\**

Purpuratis Patribus assignandi cum haud sufficientant Cardinalicii Presbyterales Tituli, qui in Urbe eminent, cumque ideo oporteat ut novos creemus, Nobis est visum templum

S. Angelae Merici

ad eam dignitatem attolli posse: merito enim celebratur inter alias Urbis ecclesias. Quapropter Decessorum Nostrorum vestigia secuti atque summa Apostolica usi potestate templum

S. Angelae Merici

ad gradum Cardinalicii Presbyteralis Tituli evehimus, datis iuribus privilegiisque, quae ad huiusmodi sacras aedes pertinent. Mandamus praeterea ut hae Litterae Nostrae in cleri populique istius templi notitiam perveniant, ut eorum subsidio hac in aede, tanto honore digna iudicata, copiosius edantur pietatis documenta. Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse atque fore volumus, contrariis nihil obstantibus.

*Datum Romae, apud S. Petrum, die altero et vicesimo mensis Februarii, in sollemnitate Cathedrae S. Petri Apostoli, anno Domini bis millesimo quarto decimo, Pontificatus Nostri primo. EGO FRANCISCUS  
Catholicae Ecclesiae Episcopus Protonot. Ap. Franciscus Di*

---

*Felice*

\*A.A.S., vol. CVI (2014), n. 3, p. 161

---

©Copyright - Libreria Editrice Vaticana